

diuidendo partiendóq; & definiendo efficitur, nunquam certa quadam & aperta uia ad finem perueniri cogitatio atq; effectio poterit. Sed de hoc satis nunc quidem. Vobis autem Leonhar- te atque Alberte hunc libellum peculiariter transmittendum existimaui reuersis hoc tempo- re ex Biturigibus Galliae, ubi iam tres annos Iu- risconsultos audiuissetis, reuersis autem & in sollicitudine & cum læticia nostra summa. nam & quo in periculo essetis celeriter cognouera- mus, & quàm paruo tristissimi casus discrimi- ne, undiq; imminetia aduersa uitaassetis, cum nus- per nobis indicaretur magnopere fuimus gaui- si. Atq; de illorum malorum causis nihil dicam, quæ profectò fati manifestam necessitatem præ- ferunt, prædictam multorum uaticinijs, quorū iam appropinquare tempora uidetur. Etsi non potest fieri quin animi bonorum mirificè excru- cientur his ærumnis orbis terrarum, & exe- crentur furores eorum qui regna & ciuitates concutere atq; etiam euertere pro ioco ac ludo ducunt: Quasi sint ædiculæ hæ quas de arenis pueros uidemus extruere. Sed diu collectæ pœ- nē impietatis et malorum facinorum in nostram nimirum ætatem erumpūt. Et iudicij diuini dies instat. Cuius misericordia nos freti in fide Iesu Christi sola, per fugium quæramus. Nam in hac tempestate sæuissima, aperitur hic tamen por-
tus pijs